



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 8. Continuata Theodori Bezæ oratio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI. „ad horrenda, & abominanda illa verba,  
A. C. 1561. „quæ modo pronuntiata sunt, abs du-  
 „bio infurrexissent, nunquam passuri,  
 „ut sermo ulterius produceretur. „  
 Quinimo ipsemet Beza ob suam impie-  
 tatem pudore suffusus suam petulantiam  
 apud Reginam excusare, ac propositio-  
 nes adeo nefandas temperare satagebat.

## §. VIII.

*Continuata Theodori Bezæ oratio.*

**I**nterim Regina petiit, ut Beza, prius-  
 quam ejus dicta confutarentur, to-  
 tum suum sermonem proferre permitte-  
 retur, quapropter hic hæreticus suam  
 orationem prosequens hæc addebat:  
 „Meæ sectæ Alumni credunt Baptis-  
 „mum esse Sacramentum institutum a  
 „Deo, atque in ejus Filio Christo Jesu  
 „confirmatum: ceteros vero ritus, qui  
 „itidem Sacramenta in Romana Eccle-  
 „sia vocantur, hoc nomine honorare  
 „non possumus, cum id in sacris lite-  
 „ris non reperiamus: veram tamen pœ-  
 „nitentiam in absolutione, quam recipi-  
 „mus, in Sanguine Christi, & in emen-  
 „datione consistere profiteamur, atque  
 „approbamus matrimonium in omnibus  
 „illis, quibus continentiae donum non  
 „est datum, ad quam tamen neminem  
 „obstringere licet: recipimus quoque  
 „dignitatum Ecclesiasticarum ordines,  
 in



Sæcul. XVI.  
A C. 1561.

in quantum Deus eos in sua Domo  
 instituit per divinum Verbum, nec in-  
 firmorum visitationes reprobamus, ne-  
 minem vero in jejunio, & ciborum  
 delectu distinguendum censemus: por-  
 ro de Ecclesiæ disciplina judicamus,  
 illam esse adeo confusum, atque ever-  
 sam, ut nullum veteris ædificii appa-  
 reat vestigium, quapropter eandem ad  
 pristinam suam puritatem, ac splen-  
 dorem revocari desideramus, simul-  
 que petimus, ut ea, quæ post Chri-  
 stum, ejusque Apostolos Verbo Dei  
 adversa fuere addita, aboleantur, su-  
 perflua rescentur, atque cuncta, quæ  
 ad superstitionem inducunt, tollan-  
 tur: cetera vero utilia, atque pieta-  
 tem foventia retineantur, & in no-  
 mine Domini observentur, quantum  
 tempori, loco, vel personis erit con-  
 veniens, ut communi ore Deo ubique  
 in Spiritu, & veritate serviatur.

§. IX.

*Epistola Bezæ suas Blasphemias apud  
 Reginam excusantis.*

Cum Regina ad Bezæ propositiones, *Thuan. l. c.*  
 quas circa Eucharistiam effutierat,  
 exhorresceret, hinc hæreticus ille pau-  
 lopost datis ad eam literis hæc expo-  
 suit: „summopere doleo, quod tunc,  
 cum de Cænæ Mysterio coram Rege,  
 & Re-

M 2

& Re-